MISSALE DIOECESIS SALISBURGENSIS

Salzburg (?), Ende 15. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=979
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

de fructibus suis accipere. In
tellige que dico. Dabit enim tibi
dominus in omnibus intellectum. Ad-
Karissime. Memor thymotheum.
esto dominum ihesum christum resur
rexisse a mortuis ex semine da
uid secundum euangelium meum in
quo laboro usque ad vincula
quasi male operans. sed verbum dei
non est alligatum. ideo omnia susti
neo propter electos. ut et ipsi sa
lutem consequantur. que est in christo
ihesu cum gloria celesti. Tu autem as
secutus es meam doctrinam. insti
tutionem. propositum. fidem. longani
mitatem. dilectionem. pacientiam. per
secutiones. passiones. qualia
michi facta sunt anthiochie,
yconio. listris. quales persecutio
nes sustinui. et ex omnibus eripuit
me dominus. et omnes qui volunt
pie viuere in christo ihesu persecutio
nem paciuntur. Lectio libri sapientie.
Iustus cor suum tradet ad vi
gilandum diluculo ad dominum
qui fecit illum. et in conspectu al
tissimi deprecabitur. Aperiet os suum
in oratione. et pro delictis suis depreca
bitur. Si enim magnus dominus vo
luerit spiritu intelligencie replebit
illum. et ipse tamquam ymbres mit
tet eloquia sapientie sue. et in oratione
confitebitur domino. Et ipse diriget con
silium eius et disciplinam. et in ab
sconditis suis consiliabitur. Et ipse
palam faciet disciplinam doctri
ne sue. et in lege testamenti domini
gloriabitur. Collaudabunt multi
sapientiam eius. et usque in seculum
non delebitur. Non recedet memo
ria eius et nomen eius requiretur
a generatione in generationem. Lectio
Beatus homo qui libri sapientie.
inuenit sapientiam. et qui
affluit prudentia. Melior est
acquisitio eius negociatione
argenti et auri primi et puris
simi. Fructus eius preciosior est
cunctis opibus. et omnia que de
siderantur. Huic non valent compa
rari. Longitudo dierum in dextera
eius. et in sinistra illius diuicie
et gloria. Vie illius vie pulchre.
et omnes semite eius pacifice.
Lignum vite est hiis qui apprehen
derint eam. et qui tenuerit eam
beatus. Dominus sapientia fundauit
terram. stabiliuit celos pruden
cia. Sapientia illius eruperunt
abyssi. et nubes rore concrescunt.
Beatus vir qui in Sapientie.
sapientia morabitur. et qui
in iusticia meditabitur. et in sen
su cogitabit circumspectionem
dei. Cibauit illum pane vite
et intellectus. et aqua sapientie
salutaris potabit illum. Et
firmabitur in illo et non flectetur.
et continebit illum et non confun
detur. et exaltabit illum apud